

Evangelium Lucae 17.

FActum est, cum iret **JESUS**
Hierosolymam, &c.

EXORDIUM.

cap. 63. **A** *Pud Esaiam nominat se Filius DEI
probatum Magistrum adjuvandum.
Hanc suam juvandi sanandiq; dexteritatem
testatur satis superq; in decem illis leprosis,
quorum mentionem facit hodiernum Evan-
gelium. Cum enim ipsius auxilium implo-
rarent, dicentes: JESU Præceptor, mi-
serere nostri: statim mittit eos ad Sacer-
dotes, interq; eundem eos sanat mirabiliter.
Quapropter & nos in omnibus periculis, ipsi-
us auxiliij confisi, eum invocemus, & ipse nos
eripiet.*

ψ 91.

NARRATIO.

ψ 50. **V**ult quidem **DEUS** noster, ut in
omni tribulatione illum invocemus
ereptiq; glorificemus. Sed planè diver-
sum beneficentissimus noster cœlestis Pa-
ter experitur. Quemadmodum enim
Christus in hodierno Evangelio decem
leprosos sanat, ex quibus unicus tantum
Samaritanus revertitur, eiq; gratias agit.

Ita